



Cælij Antonijne

brissenſis Grammatici atq; Regii
Historiographi Repetitio ſe-
ptima de Ponderibus.

quam recitavit

in Salmã


tiſ

cęſi gymnaſio. in idus

Iunias. Anno

M. D.

XI.



¶ Repetitio septima de ponderibus.



Vm omnes meæ repetitiones Patres obseruandi atq; studiosa iuuentus: nouitas aliquid simul & utilitatis præferât: tum imprimis quam hodie vobis sum recitaturus: vix dici potest: quot oibus in commune sit commoditates allatura. Atq; vt alias omittam: quæ ad artem grammaticam pertinebant: quæadmodû ex superioris anni disputatione: quæ fuit de longitudinû latitudinû profunditatûq; dimensionibus: multæ quæstiones q̄ adhuc latebant: fuerûnt explicatæ: cum certam legitimamq; pedis mensuram tradidimus: ita hodierno die ex eo sermone quem facturi sumus: cum fuerit a nobis ostensum quid est illud minimû: quod reliqua pondera metiri debet infinitos autorû locos extricabim⁹: qui adhuc ignorabântur. Nam quis hodie scit talentum quo pondere nullum est maius quantum auri siue argenti atq; proinde aliarum rerum appendat.

Aut quid ad rem confert dicere quod libra cõstat duodecim vnciis. vncia drachmis octo. drachma sex scrupulis, scrupulus sex siliquis: cû siliqua quid sit: pauci ad modû nouerint! Nam quod quidã illud minimû quod alia metiri debet: ad hordei. speltæ. lentis. lupini semina, oliuq; ossa referunt: & quod est apud nos hodie in vsu granum tritici: quo aureorû nûmorum inter trimeta metiuntur: quid inconstantius: quid magis variû: quid incerti⁹ excogitari potuit! Quasi nõ sit ge-

Caelij Antonij Mebris

sensis Grammatici atq; Regii Historiogra-
phi de Mensuris Repetitio

sexta.



Quod ab hinc trīento pol-
licitus sum vobis Patres
obseruandi atq; studiosa
litterarū iuuentus: me
traditurū disputationem
quandā de numeris pon-
deribus ac mensuris: eā
ego vobis sū hodie red-
diturus: & quidē ob dis-
lationē tēporis magno

scenore cumulata.

Coegit me pręterea illius pollicitationis meę debitū
properantiꝝ soluere lex illa nostrę academię: quę ius
bet pręceptores quęq; in sua facultate repetitionē fa-
cere: illis de rebus quas eo ipso anno p̄siterentur. Cū
itaq; superiores quinq; repetitiones meę ad artē grā-
maticā ptinerent: cui tunc pręcipue dabamus ope-
rā: nunc mutata professione: opus quoq; fuit & mas-
teriam mutare.

Cunq; in expositiōe Pliniana aliquid quotidie icidat
de numeris pōderibus & mēsuris: priuatimq; apud
Quintilianū

Caesarii Antonii Hebraei

sensis Grammatici atq; Regii historiographi Re-
petitio octava de numeris quam recitavit

in Salmanticensi Gymnasio. tertio

Idus Iunias. Anno

M.D.XII.



CIO ego patres observandi atq;
iucundissimi adolescentes, nō defutu-
ros ex vobis: q; mirent̄ causasq; re-
quirant: cur aliorū mei ordinis p̄fes-
sorū cōsuetudine p̄termissa: ex scri-
pto potis̄ recitare: quā ex memos-
ria p̄ferre repetitiōes quasdā meas cōsueverim. Quib;̄
antea quam satisfaciā libet mihi disputare q̄stionē illā:
vtra sit reipub. līarie cōducibilior ratio: illa q̄ nūc est
in vsu pronuciandi memoriter excogitata: an potius
quod ego censeo: ex scriptura recitandi: atq; deinde
scripta in lucē edendi. & vtri magis in hac parte legis-
latoris institutū exequant̄ qui memoriter effundunt
verba statim p̄itura: an q; ex scripto recitata edunt p̄sen-
tib;̄. absentib;̄. posterisq; legēda. Nā & si ea q̄ recitant̄
non ita ipellūt. trahūt. retrahūtq; auditorū aīos: quē-
admodū ea q̄ p̄nunciant̄: p̄pterea qđ oēm impetū dis-
cendi calorēq; amittūt: & qđ impediunt̄ p̄cipua illa p̄-
nūciatiōis ad iumēta. vult;̄. oculi. man;̄. atq; toti;̄ p̄pe-
corporis mot;̄: afferūt tñ multo maiores vtilitates: cū
liceat auditorib;̄ eadē illa ex lectione repetere & ex re-
petitione

non est millia.

Paralipomenō. i. cap. xxiii. a. numerati sunt leuiteꝝ a viginti ānis & supra in hebreꝝ a triginta annis & supra.

Paralipomenō. ii. cap. xiii. a. cū haberet electissimos viros. xl. millia in hebreꝝ quadringēta millia. & qđ statim sequunt̃ octoginta millia pro octingēta millia.

Paralipomenō. ii. ca. xxv. b. xxx. millia iuuenū q̃ egredierent̃ ad pugnā. in hebreꝝ trecēta millia iuuenum.

Paralipomenō. ii. ca. xxix. g. tauros sexaginta. arietes centū in hebreꝝ tauros septuaginta arietes centū.

Illud quoq; est aduertēdū quod hebreꝝ nūerum septenariū qui finit̃ est aliquñ ponūt p̃ infinito hoc est qui significat rei de qua agit̃ nimietatē aut multitudinem. vt quod legit̃. Esaię cap. iiii. apprehendēt mulieres septē virū vnū septē posuit pro multā. & primo Regū. ca. ii. donec sterilis peperit plurimos, p̃ quo in hebreꝝ legitur peperit septē. & quarto Regū cap. viii. a peregrinata est inquit mulier dieb; multis. in hebreꝝ legitur annis septem: vnde subdit̃ interpret̃ noster: Cū finiti essent anni septē. Sic etiam exponitur illud Vergilij ex primo æneidos. o terq; quaterq; beati, pro eo quod est sepe siue infinites beati.

CImpressę sunt istę tres repetitiōes. scilicet de

Pōderibus & Mensuris & Numeris per

Michaelem Eguya Cōpluti. Anno

1527. iiii. Idus Februarii.